SECTIONES CONICÆ.

LXV. Omnes *Sectiones conicæ* motu continuo describi possunt, atque ex hac genesi earum proprietates declarari:

LXVI. Ad eas referri *Circulus* quidem non solet; attamen coni sectione oritur, et æquatio ad ipsum datur: abscissis enim a vertice computatis $= x$, et radio $=$ a posito, erit $y^2 = 2ax - x^2$.

LXVII. Axis *Parabolæ* infinitus est; parameter vero æquatur quadruplæ distantiæ foci a vertice, seu $p = 4x$; inde fluit æquatio ad parabolam: $y^2 = px$.

LXVIII. Sit in *Ellipsi* axis maior $= 2a$, minor $= 2b$, excentricitas $= c$, abscissa a centro computata $= x$, semiordinata $= y$; erit 1) Summa Rectarum ex duobus focis ad idem perimetri punctum ductarum $= 2a$. 2) Recta minor $= \frac{a^2 - cx}{a}$, quæ est æquatio ad radium vectorem.

* Ex his porro sequentia de ellipsi fluunt theoremata:

1) $a + c : b = b : a - c$.
2) $y^2 : a^2 - x^2 = b^2 : a^2$.
3) $a : b = \pi a^2$ ad aream ellipseos.